

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 4: De timore Domini (8)

Iohannes Crisostomus:

Non vult deus, ut timeatur ab hominibus quasi dominus,
sed ut diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum donavit omnibus hominibus.
Nam si consideramus ab initio creati hominis causam,
intelligimus quia deus magis voluit esse homini pater quam dominus.
Non enim dixit tantummodo faciamus hominem,
sed ad ymaginem et similitudinem nostram,
similare autem convenit filiis ad patrem aut ad patres,
non autem servis ad dominum aut dominos servos.

Non vult ergo Deus, ut timeatur ab hominibus, quasi dominus;
sed ut diligatur quasi pater, qui adoptionis spiritum donavit hominibus.
Nam si considereremus ab initio creati hominis causam,
intelligimus quia Deus magis se patrem voluit esse hominum, quam dominum.
Non enim dixit tantummodo, *Faciamus hominem:*
sed, *Faciamus hominem secundum imaginem et similitudinem nostram* (Gen. 1.26).
Similare autem filiis convenit ad patres suos,
non etiam servis ad dominos suos.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 42 (PG 56, col.873).